Maria plangit 26
Maria diligit nos 26
Maria vicit dyabolum 30
Maria orat pro mundo 39
Maria parit xpm 8
Marie presentatio in templo 4
Marie compassio post ascensum xpi 34
Maria est mediatrix nostra 31
Maria est defensatrix nostra 38
Mare eneum 12
Manna datur 16
Magdalena convertitur 14
Manasses egit penitenciam 14
Michol luget 34
Michol derisit david 34
Miraculum de passione xpi 23
Moab rex immolabat filium 23
Mulier macela 38
Mulier michebes 38
Mulier thecuites 31
Nabel offendit david 31
Naaman syrus 12
Noemi plangit 26
Orationes de passione 23
Offert xpus hostibus 18
Octavianus cesar 8
Oleum datur vidue 34
Ortus conclusus 3
Orta suspensibilis 4
Orat xpus pro crucifixoribus 23
Ovis perdita invenitur 33
Porta clausa 4
Precepta docere 10
Purificatio marie 10
Penitentes recipit deus 14
Prodigus filius 14
Palmarum dies 14
Pharao submergitur 41
Rabach rapitur 41
Rebecca batuelis 1
Reges tertes 9
Robusti tres 9
Rubus ardens 1
Sara rachuelis 6
Samuel offertur 10
Sacerdotalis dignitas 16
Sampson stravit mille viros 11
Sampson stravit leonem 29
Sampson tulit portas 32
Sampson excecatur 19
Sagar percussit sexcentos 11
Saul persequitur david 18
Salomonis mater honoratur 36
Salomonis gloria 42
Semei maledixit david 21
Sepultura xpisti 21
Sepulchrum domini 32
Sybilla vidit circulum 8
Syba filius botri 31
Signum magnum 36
Sodoma subvertitur 31
Sichem civitas 41
Scala jacob 34
Statua nabuchodonosor 11
Statua salis 31
Spiritus sanctus mittitur 34
Sessio salomonis 24
Thamar regina 30
Temptatio dyaboli 38
Temptatio mundi 38
Tristicie marie septem 44
Temptatur deus 13
Templum salomonis 4
Turris david 6
Tubalkain 23
Tunica joseph 26
Traditur xpus 18
Thronus salomonis 9
Vellus gedeonis 1
Virgines decem 40
Virga aaron 8
Virga yesse 4
Vitis est xpus 8
Vineam plantavit homo 22
Vindicte dei multe 11

Incipit prohemium noue compilacionis cuius titulus est Speculum humane saluacionis. Expediens dicitur et utile quod primo in hoc prohemio exponatur de quibus materiis et hystoriis in quolibet capitulo dicatur. Et quicumque diligenter hoc prohemium perstuduerit de facili totum librum intelligere poterit.

In primo igitur capitulo agitur de casu luciferi et sociorum suorum, de formacione ade et eve et ipsorum dignitate. In 2o capitulo agitur de precepti transgressione et hominis ejectione et exilii humani prolongacione. In predictis duobus capitulis patet nostra dampnacio. In aliis capitulis patet nostra reparacio. Et notandum quod in singulis capitulis modus iste seruatur, quod de nouo testamento primo una vita nostra ponatur, de veteri testamento tres historie applicantur que ipsam vitam prefigurasse comprobantur.

In tercio capitulo incipit quasi inicium nostre saluacionis ubi agitur de concepcione et sanctificacione beate marie virginis. Licet enim deus humanam naturam assumere decreuisset, congruum fuit ut mater de qua nasceretur sanctificaretur. Istud prefiguratum erat per regem Astyagem et eius filiam per [illegible] significatum ortum conclusum et per stellam balaam. Astyagi monstratum est quod filia sua regem generaret, Joachim dictum est quod filia generet que xpm portaret. Et hanc conclusam in utero matris spiritus sanctus sanctificaret per quod hoc [illegible] per maris stellam repararet.

In quarto capitulo agitur de beate virginis natiuitate que prefigurata fuit per virgam yesse de radice egressam et per clausam portam quam dominus ezechieli demonstrauit et templum salomonicum quod salomon domino

edificauit maria eciam ortus huius de radice yesse que
aut predicauit porta sua et templum esse
In quinto capitulo agitur quomodo maria fuit in templo
domino oblata Et hec oblacio fuit olim tribus figuris
demonstrata per mensam solis in sabulo que fuit oblata
ut templo solis malis Sic maria fuit oblata in
templo solis veri et eternalis Item per filiam yepte
que fuit oblata domino licet inuite Sed maria obla
ta fuit domino vite et sponte Item per ortum suspensibile
de qua regina persarum patriam suam videbat Ita
maria oblata in templo domini per contemplacionem conspiciebat
In sexto capitulo agitur quomodo maria fuit viro desponsata
et hec desponsacio fuit eciam tribus figuris designata per
turrim baris in qua erat et per sarram raguelis filiam que septem viris fuit tra
dita et tamen inuiolata permansit Maria sua ab omnibus con
servata Item per turrim illam fortissimam que dicebatur
baris que duo custodes defendere poterant a gentibus
Item per turrim dauid de qua mille cly
pei dependebant qui mille virtutes et multo plu
res in maria pendebant
In septimo capitulo agitur quomodo maria fuit impregnata
et peperit sibi filium suum ihesum xpistum quod est ad
sophia Et candelabrum aureum templi Et oblatus
puer samuel hec prefigurauit archa testamenti
quam fecit beseleel
In octauo capitulo agitur de natiuitate ihesu xpisti et
tres figure sunt que designant natiuitatem istius videlicet
vitis pincerne pharaonis et virga aaron que
floruit et virgo cum puero quam sibilla in rota so
lem in circulo vidit
In nono capitulo agitur de epiphania domini et hanc
prefigurabat stella quam videbant orientes tres
magi Item tres fortes qui attulerant aquam de beth
leem regi dauid Item eciam salomon cum throno
suo eburneo monstrauit
In decimo capitulo agitur quomodo ydola egipti corrue
runt Et hoc figurabat stella quam magi videbant
orientes quando maria et joseph cum puero ihesu in egip
tum intrauerunt Hoc prefiguratum fuit per ymaginem
virginis cum puero quam egipcii venerabantur Item
Item per coronam pharaonis quam puer moyses confregit Et lapidem
cum manibus qui statuam in puluerem confregit
In vndecimo capitulo agitur quomodo xpistus fuit baptiza
tus Iste baptismus fuit per mare eneum figuratus
Item per naaman leprosum in jordane mundatum Et
per jordanis transitum filiorum israel precatum
In duodecimo capitulo agitur quomodo diabolus xpistum temp
tauit et quomodo xpistus in gula et superbia
et auaricia superauit primam victoriam prefigurauit
olim daniel qui interfecit draconem et destruxit
bel Item eciam dauid qui leonem et vrsum interfecit
In tredecimo capitulo agitur quomodo recepit xpistus mariam
penitentem et quomodo patrem et ipse omnibus penitentibus penite
re Et hoc patet per manassen qui super numerum
arene maris peccauit cuius penitenciam dominus
recipiens de captiuitate liberauit Item
in prodigo filio qui post sua misericorditer recepit Et in
rege dauid qui post adulterium et homicidium penitendo est
In quartodecimo capitulo agitur quomodo xpistus in die palmarum
flendo cum flebat domino receptus fuit et quomodo mercatores
de templo eiecit Primum figuratum fuit in lamen
tacione jheremie Secundum in honore exhibito dauid
post necem golie Tercium flagellacionem xpisti heliodorus
prefigurabat qui propter spolium templi flagellis valde vap
pulabat In quintodecimo capitulo agitur de cena
domini sacrosancta cuius sacramentum prefiguratum est olim
per manna Hoc eciam agnus paschalis assus prete
debat Et melchisedech qui abrahe panem et
vinum offerebat
In sextodecimo capitulo agitur quomodo xpistus hostes suos su
perauit quod prefigurauit sampson qui mille viros cum man
dibula necauit Item sangar qui cum vomere occidit
sexcentos Et dauid qui vno impetu interfecit octingentos
In decimoseptimo capitulo agitur quomodo judas osculo
dominum tradebat et quomodo sibi populus iudaicus ma
lum pro bono reddebat hoc prefiguratum fuit per ioab qui
amasan dolose osculabatur Item saul qui
dauid pro benefactis persequebatur Istud eciam kaym
ille malignus prefigurauit qui fratrem suum sine
causa fraudulenter necauit
In decimooctauo capitulo agitur quomodo xpistus fuit illu
sus velatus consputus derisus et colaphizatus Istud
ydolatre vituli conflatilis prefigurauerunt qui hunc ipsis
contradictionem sputis suffocauerunt Item cham qui
patrem suum inique derisit Et genus philistinum
quod sampsonem excecauerunt et illusit
In decimonono capitulo agitur quomodo xpistus fuit flagel
latus Et hoc prefigurauit achior ad arborem liga
tus Item lamech quem due vxores sue afflixerunt
Et eius paganorum tradit in virgis et flagellis
Et eius malorum percussit cum verberibus et lignis pessi
mis Istud eciam prefigurabat Job quem sathan percus
sit ulceribus et vxor sua verbis contumeliis et opprobriis
In vicesimo capitulo agitur quomodo xpistus fuit spinis
coronatus consputus derisus et in templo dehonestatus
Et hoc zorobabel per appemen concubinam suam positus
que regi coronam contumeliam magnam exhibuit Item
per semei qui dauid maledixit et super eum puluerem
lutum et ligna et lapides proiecit Hoc eciam amon
rex amonitarum prefigurauit qui nuncios dauid
pro pace missos turpiter dehonestauit
In vicesimoprimo capitulo agitur quomodo xpistus eductus est
baiolans sibi crucem Et hoc prefigurauit ysaac
ligna sua portans Item heres vinee qui de vinea
sua est eiectus et a colonis vinee perfidis iniq
ue est interfectus Hoc eciam per botrum illum mirabile
prefigurabatur qui a duobus viris de terra promis
sionis in desertum portabatur Ita xpistus a duobus
populis de jerusalem est eductus et crudelissima mor
te turpissima interfectus
In vicesimosecundo capitulo agitur quomodo xpistus cruci

affigebatur Et quod per crucifixoribus sunt deprehensi
hoc Jubal musice artis inventor prefiguravit qui fabri-
cavit Tubalkayn dulces sonos captavit Ita Christo
crucifixores sua crucifixionis captavit pro suo canti-
cum dulcissimum orationis quod audiebat eciam hora de passio
tam multa Crucifixione eciam ysaias prefiguravit
quem rex manasses cum serra lignea serrari man-
davit Item Rex moab qui ymolavit primogenitum filium
ob hanc causam ut deus liberaret ab obsidione
civitatem suam

In vicesimo sexto capitulo agitur quod tres figure coti-
nentur que passionem et mortem christi prefigurasse
videntur Prima est Arbor grandis quam nabuchodo-
nosor vidit Quam vigil id est angelus domini succidi
dici iussit Germine radicum eius in terra dimitte
quia dicebat quod licet christus occidetur tamen a
morte resurrecturus erat Secunda morte christi
Codrus rex pulchre prefiguravit qui se ipsum pro
populo in mortem donavit Tercia eleazar qui
morte sua bestiam necabat Ita christus morte
sua mortem nostram mortificabat

In vicesimo quinto capitulo agitur quod christus eciam post
mortem fuit derisus licet ante mortem fuit multi-
plex illusus Istud prefiguravit michol que regem
david derisit illa videlicet hora qua coram archa
domini in cythara lusit Et eius cum illusione derisio-
ne cessavit eciam eum subsannando denudatis
femoribus comparavit Istud eciam patet in absolone qui
tribus lanceis fuit transfixus Et super hoc
armigeri Joab gladiis est amputatus Ita
christus tribus doloribus erat cruciatus et super hoc
gladius turpium inguinacium est mactatus Ita
adhuc christus a multis rursus crucifigitur
Sicut in epistola pauli probatum invenitur Talia
rex evilmerodach iniquus prefiguravit qui
corpus patris sui defuncti exhumavit et illud
in trecentas partes secuit et divisit Et trecentis
vulturibus ad vorandum distribuit

In vicesimo quinto capitulo agitur de luctu et dolore
beate virginis Et figurata fuit olim in tribus
figuris Figurata fuit per Jacob qui inconsolabiliter
luxit quando tunicam filii sui laceratam et cruentatam
inspexit Item dolorem marie prefiguravit adam
et eva qui centum annis luxerunt pro nece filii sui
Item Noemi quando orbata filiis pulchra noluit
vocari sed mara id est amara dixit se velle appellari

In vicesimo sexto capitulo agitur quod corpus domini est
sepultum Et de dolore marie virginis et mulieris
iuxta sepulchrum Et hoc per regem david olim
prefigurabatur Qui feretrum abner cum luctu et fletu
sequebatur Item per Joseph quem in cisternam deiectus est
missus Et per Jonam qui in mari a ceto est deglutitus

In vicesimo septimo capitulo agitur quod christus in
infernum intravit et sanctos patres cum desiderio
expectantes letificavit Et hoc patet per angelum
qui tres pueros in fornace refrigeravit Et per
abacuc quem danieli in lacu leonum cibavit
Idem patet structione qua cum sanguine vermiculi liberavit
pullum suum de inclusione vitri

In vicesimo octavo capitulo agitur quod christus dya-
bolum superavit Et olim ille robustus banay-
as prefiguravit qui ad leonem in cisternam descendebat
et in baculo suo consternens eum interficiebat Istud
eciam patet sampsone qui leonem dilacerabat Et per
Aioth qui regem Eglon pinguissimum perforavit

In vicesimo nono capitulo agitur quod maria dyabo-
lum superavit Et nos tamquam mater nostra de adversa-
rio nostro vindicavit Quia enim quod christus tolle-
ravit per multiplicem passionem maria tollerabat
per mariam compassionem Sicut ergo christus supera-
vit dyabolum per suam passionem Ita maria supera-
vit dyabolum per suam compassionem Istud prefiguratur
per Judith que holofernem decollavit Et per
Jael que sysaram per tympora clavo perforavit
Et per reginam thamar que caput Cyri abscidit
et in utrem plenam sanguine humano misit Et
eo te inquit sanguine humano quem sitisti de
quo in vita tua nunquam saciari potuisti

In tricesimo capitulo agitur quod christus sanctos suos
de inferno liberavit Et hoc olim exitus
filiorum israhel de egipto prefiguravit Item de Abra-
ham quem dominus liberavit de ur caldeorum Et loth
quem dominus liberavit de subversione sodomorum

In tricesimo primo capitulo agitur quod christus resur-
rexit Et hoc patet sampsone qui portas gaza-
ze destruxit Item per Jonam qui post triduum vivus
exivit de ventre ceti Et per lapidem re-
probatum qui factus est in caput anguli

In tricesimo secundo capitulo agitur quod christus celos
ascendit Et hoc scala illa prefigurabat quam
Jacob olim prospexit Item ovis perdita que
inventa in domum reportabatur Et helyas qui
in curru igneo in paradisum transferebatur

In tricesimo tercio capitulo agitur de missione
spiritus sancti Et de variis linguis quibus loque-
bantur apostoli Istud figuratum fuit turri ubi
primum lingwa fuit variata Et in monte synai
ubi quinquagesima die lex est data Item per sy-
habundanciam olei quod excrevit et omnia vasa
vacua paupercule vidue implevit

In tricesimo quarto capitulo agitur de luctu marie post
christi ascensum Quem figuravit anna thobie post
filii sui recessum Item patet muliere que dragmam
perditam cum dolore quesivit Et per micol que spon-
so sibi oblato semper in luctu fuit

In tricesimo quinto capitulo agitur quod christus
mariam in celum assumpsit Et hoc patet archa
quam david in domum introduxit Item
per signum magnum quod apparuit in celo Et
per matrem salomonis quam locavit ad dex-
teram in throno Sequitur aliud capitulum.

In tricesimo sexto capitulo agitur quomodo maria deo nunciavit
offensas placavit. Sicud dominus beato danieli inquadam
visione monstrabat. qui deus offensus contra mun-
dum tres lanceas vibravit. Et beata virgo se inter-
ponens eius iram mitigavit. Istud prefiguravit abigail que
iram david contra nabal placabat. Et per mulierem
tecuitem que absolonem patri reconciliabat. Item per mu-
lierem sapientem in urbe abela que impugnatores
ioab sapienter removit ab ea

In tricesimo septimo capitulo agitur quomodo maria in-
terceptio existit. Que abiura dei a laqueis
diaboli et a dolo mundi nos protegit. Primum patet
per tabernaculum quod vilem fabula a moyse defensavit
per tabulam que videm .... Secundum per mulierem in thebes que abymelech
exterebravit. Tertium per mycol que david
per fenestram dimisit. Et ipsum tobsidens hos-
tes sui sauli eripuit

In tricesimo octavo capitulo agitur quomodo christus
ostendit patri suo vulnera. Et maria ostendit
filio suo pectus et ubera. Utrique orat pro no-
bis miseris peccatoribus. Et quod est quod negari
potest talibus petitoribus. Primum patet per antipa-
trem qui cicatrices suas cesari monstravit
Secundum per reginam hester. que assuerum pro iu-
deis interpellavit

In tricesimo nono capitulo agitur de districto iudicio
extremo. Quod prefiguravit parabolice quidam
nobilis homo qui tradens bona sua servis suis
abiit in longinquam regionem. Et accepto regno
rediit ponens eos ad rationem. Item per prudentes vir-
gines que fatuis oleum negaverunt quia erit dies
nec sancti eis oleum nunc dampnatis prebebunt.
Item patet per mane thetel phares exaracione
quod significat numerationem appensionem et divisionem. In
diem enim illud tractabitur per numerum et appensam
et consummabitur per bonorum et malorum per-
petuam divisionem

In Quadragesimo capitulo agitur de horri-
bili pena dampnatorum. Quam figuravit
david in nece inimicorum suorum. Quos di-
cultris dividit quosdam serravit. Quosdam
protrahens et carpenta ferrata necavit
Istud etiam gedeon in urbe sochot pondit
cum denses suos spinis et tribulis destri-
vit. Hoc etiam prefiguraverunt egipcii et
pharao quos deus simul omnes conclusit in
mari rubro. Ita ad ultimum dampnati cum
demonibus et lucifero a domino omnes
concludentur in inferno

In quadragesimo primo capitulo agitur de
beatorum gaudiis et eorum gloria qua ha-
bebunt sine fine in dei omnipotentis presencia
huius gloria pro gloria salomonis extitisse quia
nullum legimus in tanta gloria vixisse. Secun-
do figuratur gaudium eternum per convivium regis as-
sueri esse. Quia legimus nullum tam longum et
tam solempne convivium habuisse. Tertia potest
accipi in conviviis filiorum iob. Quia nullos le-
gimus tam continua convivia fecisse et tot

In quadragesimo secundo capitulo agitur quomodo penas
dampnatorum evadamus et quomodo gloriam
beatorum promereri valeamus. Si desideramus
gaudia promereri et penas evitare debemus christi
miseriae et suam gravem crucem portare. Quibus
autem modis christo in portando crucem adiuvatur
In eodem capitulo per exemplum lucide declaratur.

In quadragesimo tertio capitulo agitur de septem
tristitiis quas habuit maria propter dilectum fi-
lium suum ihesum christum qui est vera sophia

In quadragesimo quarto capitulo agitur de sep-
tem gaudiis eiusdem gloriose virginis. Et sic
terminantur capitula huius libelli et voluminis.
Predictum prohemium libri de compendiis compilavi
et propter pauperes predicatores compone curavi
Quod si forte nequierint totum librum comparare
de sicut historias possunt ex ipso prohemi-
um predicare etc.

Qui ad iusticiam erudiunt multos fulgebunt
quasi stelle in perpetuas eternitates. Hic
est quod ad eruditorum multorum disposui de eo
in librum compilare. In quo legentes possint
eruditionem accipere et dare. In presenti autem vita
nichil estimo homini utilius esse quam deum crea-
torem suum et propriam conditionem nosse. Hoc autem cog-
nitionem possunt litterati habere ex scripturis. Rudes
autem erudiri debent in libris laicorum id est in
picturis. Quapropter dei ad gloriam et pro eru-
ditione indoctorum cum dei adiutorio decrevi
compilare librum laicorum ut autem tam clericis
quam laicis possit doctrinam dare. Satago illum
facili quodammodo dictamine elucidare. Inten-
do autem primo monstrare casum luciferi et angelorum
deinde lapsum primorum parentum et patrem eorum suorum
propterea quomodo deus nos per incarnationem suam liberavit
Et quibus figuris olim incarnationem suam premonstravit
Notandum autem quod in hoc opusculo varie historie tanguntur
quarum non de verbo ad verbum per omnia exponuntur.
Ideo doctor non aliud de historia exponet
nisi quod ad suum propositum pertinere videtur.
Ut autem istud melius et lucidius videatur
una similitudo cum parabola talis audiatur. Hebat
Abbacia quedam quercum valde magnam ipse statim
propter arduum locum prescindi extirpari oportebat
Quam pretersi officiales ad ipsam quenerunt
Et singuli quod suo officio conveniebat elegerunt
Magister fabrorum insibrem truncum abscidit
quem sibi ad suum fabricandum aptum vidit